

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Samuelis Bochartilaus. ... etiam inter Hebræos usitatam fuisse conjicit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

dem, h.e. nudos, quam pedes vincos habere. Hæc an vera sit emendatio τὸ πάνων non inquirimus. Constat saltem scriptorem gravissimum, pariter uti Musonius & Clemens Alexandrinus judicarunt, putasse τὸ οὐρανόδεσμον τὸ ἀνυπόδετον κρείτιον εἶναι nudis pedibus incedere melius esse quam calceari. Unde & paulo post addit. Aut pedes nudi magis, certe viriles magis quam in calceis.

V I. Samuel Bochartus, qui in reconditis & à sensu atque intelligentia vulgi remotis literis, non Græcorum tantum & Latinorum, sed & Hebræorum ac vicinarum illis gentium primas facile tenet, αἰνησιαν, quæ frequens fuit apud antiquos, pariter inter Hebræos usitatam fuisse conjicit. Inquirit Vir Summus, quorsum Israelitæ Pascha jubeantur calceati comedere. Hoc unum, quod respondeat, sed dicit habere, Judæos non semper fuisse calceatos, & eorum plurimos in Ægypto fuisse exalceatos, idque eo minus esse παραδόξον, cum eorum αἰνησιας, etiam in ipsa Judæa, rebus illorum maxime

Bochart,  
Hieros. p.  
I. lib 2.  
cap. 50.

A 6 floren-

## 12 De CALCEIS HEBRÆOR.

2. Sam. 15.  
30. florentibus, vestigia supersint. Nam  
& Davidem regno suo pulsum,  
montem olivarum discalceatum  
ascendisse, & Jesaiam jussum ire  
nudum & discalceatum, itemque  
Ies. 20. 2.  
Ezech. 24.  
17. Ezechielem lugere vetasse Deum  
propter ademptam uxorem, &  
calceos deponere, ut fiebat in luctu.  
Berenicen etiam Agrippæ fororem  
nudipedem coram tribunali Florum  
esse deprecatam, cum in Judæos im-  
Ioseph. de manem in modum seviret, uti Jo-  
B. I. lib. 2. sephus refert. Nec alio referenda  
cap. 15. hæc Juvenalis:

Juvenalis      *Observant ubi festa mero pede Sabbathi  
Sat. 6.            Reges.*

Lib. 2.  
cap. 1.

VII. Hæc licet sint præclara,  
sicuti & alia omnia, quæ Vir Sum-  
mus in Hierozoico, opere mirando,  
observavit, cogimur tamen ab eo  
dissentire. Cur jussit Deus ut in  
Ægypto Judei calceati Pascha com-  
ederent, nos infra diligentius in-  
quirimus, & Viri Sumini rationem  
revocamus ad examen. Judæos in  
Ægypto, fervida plaga, calceis ca-  
rere facile potuisse, uti & hodie  
non pauci Afri magna anni parte  
nudis pedibus incedunt, hic non  
dif-